

AD CLAMATIO EPIC A.
REVERENDO D. CLODIO FALIO IN-
 SCRIPTA, CVM ANTE DIEM VII. CALEND. IVLIAS
 PRIMITIAS SVAS DEO. OPT. MAX. OFFERET.

AUCTORE
 FRANCISCO GVILLIMANNO, NVITHONE.

Hæc canant alijs alijs solemnia Divis:
 Musa fave, novus ingreditur sacra tem-
 pla sacerdos,
 Sacrificamq; pio ritu se sistit ad aram,
 Grata Panomphæo meditant holocausta parenti
 Supplicibus votis. procul hinc, procul este prophani,
 Quos domat igne Venus, laticumq; liquore Lyæus,
 Quos scelus, & scelerum delectat amica cupido,
 Ite procul, totoq; simul concedite templo.
 SALVE intacte animi, clara virtute sacerdos,
 O decus, O patria non vltima gloria gentis:
 Quo tandem tanto tantum te munere credam
 Ditatum? aut potius quem te rear esse? Deumne,
 Aut hominē? Deus es: nam summi summa Tonantis
 Iura tenes, eademq; tibi cum iure potestas
 Digna Deo. Deus est, qui celsi pandit Olympi
 Limina, & innocuos stellata intra atria longe
 Accipit, & superum lætos in sede reponit:
 Tu quoq; claustra poli referas, Deus ergo: piosq;
 Cœtib; immittis Divum, super astraq; tollis
 Felices animas. Deus est qui claudit eodem
 Imperio, claram cœli in violabilis arcem:
 Quiq; graui nocuos sub Tartara tetra ruina
 Præcipitat, Ditisq; olidis adiudicat antris:
 Tu quoq; hydereis simili ratione nocentes
 Excludis foribus, flammisq; voracibus alto
 Iudicio addicis. Deus est, qui nectare pascit
 Cœlogenas, qui pulsa hyeme, & Borealibus auris,
 Ardua terrarum fecunda luce serenat:
 Tu quoq; cœlestis reficis cœlestibus escis
 Terricolas, fracta & scelerum caligine, læto
 Mortales animos radorum lumine lustras.
 Illi, Cœlituum cœtus famulantur, oranti
 Agmine, & alarum celeri mandata frequentant
 Remigio, quacumq; ferat celerare voluntas:
 Et tibi, sollicitis adstant passibus idem
 Cœlicolæ, attenti iubeant quæ vota per auras
 Carpere iter pennis, iussive insistere rebus.
 Illum, Terrigena, & quicumq; morantur Olympo,
 Laude sua cumulant, titulusq; potentibus augent:
 Te quoq; Terricola magnum mirantur euntem,
 Sublimemq; ferunt: nec sortis honore moventur
 Prælatæ Aetherei, tantum at gratantur honorem.
 Illius imperio trepidant Phlegethonia regna

Artonitiq; hærent Stygijs: ad tua iussa tremiscunt
 Regna eadem, celeriq; fuga mandata capessunt
 Immanes Erebi furia, tenebrisq; receptæ
 Se Stygijs nulli nocitura protinus abdunt.
 M ACNUS vterq; Deus, laicq; p'atentia vtriq;
 Imperia, & nullum violabile nomen in ævum,
 Cedite purpure s, celebresq; Gradiuo
 Ductores, sat i, rerumq; potentes,
 Cedite, & abieci, oni submitte fasces
 Presente isq; Deos dignis celebrate triumphis,
 Eclogijs dignis, & digno laudis honore.
 Magnus vterq; Deus: solum hoc discrimen vtrumq;
 Disparat, officio Deus hic: Deus ille potenti
 Natura, sine fine Deus, sine originis ortu:
 Iste Dei Deus est, magnus Deus ille Deorum
 Qui mare, qui terras, cœliq; decemplicis orbes
 Condidit, & pulchro rerum varia vit honore.
 Audiat hoc quisquis Romano remige s'isus
 Non timuit summis Aquilonia stabra procellis,
 Nec pelagi toto fluitantia monstra profundo
 Expavit titubante gradu. non ille Lutheri
 Inlecebris captus, p'uidum mutatus in hircum:
 Nec Beza furij, iram, & rabida ora leonis
 Induit: aut vanæ ductus dulcedine lingua,
 Exuvias vulpis, vel hyena tergora sumpsit,
 Sed potius firmo firmatus pectore firmus,
 Spectris ferarum risu feralis Erynnis.
 Audiat hoc, tacitaq; Deo ratione dicatos
 Quos colit, vsq; colat, merito & simul auctet honore.
 Audiat Hæreticus, longa & caligine tandem
 Oppressos oculos ad tollere tentet ad astra,
 Quodq; putat, nihil esse putet, sed imagine præsens
 Imperium adgnoscat potius Rectoris Olympi.
 Lentior ille quidem dignam se exardet in iram
 Sed gravitate moran compensat, & ignea torquens
 Tela, rapit summis vulfos montibus ornos
 At tu quem suæra sibi legit ab arce ministrum
 Macte novo Neomysta animo, consuesce Tonantis
 Iam dapibus, toto & superum plaudente senatu,
 Sacra coronatis celebra mysteria mensis.
 Tempus erit cum corporea compage solutus,
 Cœtib; immistus Divum, sub imagine nota,
 Quæ modo in ob'curo tractas ænigmate, cernens,
 Humani tenebras tacitus mirabere sensus.

Anno Domini M. D. LXXXIX.

17.12



178

John 13

